



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ioannis|| Climaci Ab-||batis Montis|| Synai,|| Scala Paradisi

Johannes <Climacus>

Coloniae, 1583

VD16 J 520

Vita Sancti Episcopi Theodoti. Capvt XXXIII.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55433)

Atq; ita Mimus quidem inclusit se in vna turris
ciuitatis. Illæ verò, venditis omnibus suis, erogatis
que pauperibus, accipientes & ipsæ 2 religiosu ha-
bitum, fecerunt sibi prope turrem cellulam, & se
ipsas pariter incluserunt. Hunc & ego vidi, & ab
eo valde ædificatus sum: Est enim vir valde hu-
milis, & clemens, atq; misericors. Scripsi autem
hoc pro vtilitate legentium.

- 1 *Habes in hac conuersione vera pœnitentiæ formam,
que est dolor de peccatis commissis & firmum pro-
positum, de non committendis in futurum, vna cum
sumptione nouæ vitæ.*
- 2 *Ecce quomodo etiam olim qui Monachi, vel Sancti
moniales fiebant, nouum Religionis habitum muta-
bant.*

Vita Sancti Episcopi Theodoti.

C A P V T X X X I I I .

Narrauit nobis quidam patrum quòd fuerit
in sancta ciuitate Episcopus quidam, nomi-
ne Theodotus, tantæ benignitatis, vt cum
in vna solennitate inuitasset quosdam de clericis
suis ad conuiuium, vnusq; ex eis venire noluisse,
neq; inuitationi acquiescisset. tunc quidè Patriar-
cha siluerit, alias verò ipse ad eum profectus sit
rogans, vt veniret, mensæq; communis participari
fieret.

Dicebat autem rursus de ipso Episcopo The-
odoto, quòd ita fuerit mitis, atque humilis
vt cum semel iter ageret cum vno clerico,
& ipse quidem lectica veheretur, clericus vero e-
quo insideret, dixerit clerico suo Patriar: ha: Mo-
stemus vehicula nostra, & tu quidem lectica ve-
here, ego autem eques ibo. Cum verò clericus id
facere

facere recusaret omnino, dicens id dedecus fore Patriarchæ, si quidem clericus lectica portaretur, & Episcopus equo insidens ingrederetur. Nō quicquid sanctus, & humilis Theodotus, donec ministro persuasit, non esse rem istam iniuriosam, cōegitque illum ita facere.

Vita diui Alexandri patriarchæ Hierosolymitani.

CAPVT. XXXIIII.

ALIVM habuit ciuitas ipsa Dei Patriarchā Alexandrum nomine, ad eō piū, & misericordem, vt cū illi quidam ex notarijs suis furatus esset aurum, & metu perterritus fugiens in Thebaidem Aegypti incidisset vagus, & errans in latrones, ac ductus fuisset ab eis captiuus ad extremas Aegypti partes, hoc comperto, diuus Alexander redem erit eum vinctum ac captiuum octogintaquinque numismatibus. Quo reuerso ita pie, misericorditerque vsus est, vt quidam ex Urbis habitatoribus dixerit aliquando, Nihil esse vtilius, quā in Alexandrum peccare.

ALIO quoque tempore vnus ex Diaconis eius, coram clericis omnibus iniurijs affectus diuum Alexandrum. Qui mox prostratus humi veniam petijt dicens: Ignosce mihi, Domine frater.

Vita Elia Hierosolymorū Archiepiscopi, & de Fauiano Antiochiæ Patriarcha.

CAPVT. XXXV.

DICEBAT Abbas Polichronius de sancto Elia Hierosolymorum Archiepiscopo, quōd sicut cū esset monachus, vinum non bibebat, ita nec Patriarcha quidem factus bibit,